Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



bus non flagellabuntur.
Ideo tenuit eos superbia operti sunt iniqui
tate & impietate sua.
Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum
transierunt in affectum cordis.
Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam in
iquitatem in excelso locuti sunt.
Posuerunt in caelum os suum & lingua
eorum transiuit in terra.
Ideo conuertetur populus meus hic & dies
pleni inuenientur in eis.
Et dixerunt quomodo scit ds & si est scien
tia in excelso.
Ecce ipsi peccatores & abundantes in saeculo
obtinuerunt diuitias.
Et dixi ergo sine causa iustificaui cor meum
& laui inter innocentes manus meas.
Et fui flagellatus tota die & castigatio mea